

Band III., Nr. 916, Seite 417-418

Die Bürger in Esslingen vergleichen sich mit dem Konvent in Blaubeuren über eine bestimmte, alljährlich von diesem zu entrichtende Bede aus dessen Weinbergen und Gütern in Esslinger Markung.

Esslingen, 1238. April 7.

In nomine domini. Amen. Ne labantur cum tempore que geruntur in tempore, oportunum est gesta scriptis memorie commendari. Noverint igitur singuli, noverint omnes hanc paginam inspecturi vel inspicientes, quod, de communi consensu ac deliberatione unanimi civium in Ezzelingen, super vinetis conventus de Blaubburren ac aliis bonis in ipsorum terminis constitutis tractantibus^a, talis eidem conventui condicio est concessa: scilicet quod iam dictus conventus ad obtinendam communem libertatem de memoratis bonis suis annuatim de festo sancti Martini duas libras Hallentium^b prefatis civibus nomine precarie perpetuo presentabit. Hoc videlicet pacto interposito, si prefate congregacioni accreverit possessio prediorum, summa precarie ipsorum recipiet incrementum iuxta predictorum civium ydoneam estimacionem.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. CC. XXXVIII., indictione XI^a., septimo ydus Aprilis^c, in cymiterio Ezzelingen, presentibus hiis subscriptis viris: videlicet Schellocopho sculteto, Repphone, Truheliebo fratre eorundem, Hugone de Vlma, Cûnrado in Cymiterio, Hugone filio advocati, Bertoldo Schûhelino, Vlrico fratre eiusdem, Burquardo Achspergario^d, Lutfrydo divite, Wiicmanno, Marquardo de Cymiterio, Loselino, Burquardo, Bûgelino et aliis quam pluribus viris fidedignis et honestis, quorum nomina non sunt scriptis in presentibus annotata. Hec autem ut rata et inconcussa permaneant, utriusque partis sigilli testimonio duximus roborare.

Insuper predicti cives ad subveniendum memorati conventus egestati XL libras Hallensium pro predio comparando communiter admiserunt, ut supradictam summam sue precarie commodius possint persolvere annuatim. Testes supradicti cives.¹

^aEs wird jedenfalls *tractantium* zu lesen sein.

^bSo die Urkunde.

^cSo die Urkunde.

^dDas ist wohl: *Aschpergario*.

¹Diesem Schlusssatz ist in dem Vidimus folgende Bemerkung vorangestellt: „*Unnd stat unden am spacium desselben Brieffs geschrieben.*“

II

—

Nach einem von dem Kloster Wiblingen am „*Afftermontag nach U. I. Frauen An-
nunciatio*“ 1503 ausgestellten Vidimus.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 478 U 670 und U 671

Überlieferung und Textkritik:

Vidimus von Abt Conrad von Wiblingen von 1503 März 28 und Kopie.
War auch im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Kopialbuch HStA
Stuttgart H 14 Nr. 25, S. 274b.

Editionen:

ADOLF DIEHL (BEARB.): Urkundenbuch der Stadt Esslingen, 2 Bde.,
Stuttgart 1899-1905 (Württembergische Geschichtsquellen 4 bzw. 7),
Bd. 1, S. 9-10, Nr. 37.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Esslingen

Ortsindex:

Blaubeuren Wohnplatz (16722)
Blaubeuren, UL
Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)
Esslingen am Neckar, ES
Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)
Schwäbisch Hall, SHA
Ulm UL
Ulm Gemeinde (16620)
Ulm Wohnplatz (16648)
Ulm, UL